

**Ψ** 39. Apostolo, esse stipendia peccati. Descri-  
Syra:38. buntur etiā ipsius gestus, accessit à rergo.

Exemplo hujus mulieris, & nos arri-  
piamus vestem CHRISTI, id est, sacram  
scripturam.

Notetur etiam illius fides :  
*Dicebat enim intrasē : Si tetigero tan-  
tum vestimentum ejus, salva ero.*

V S V S.

Exemplum veræ fidei, quæ etiam mi-  
nutissimo medio est contenta.

Item : Effectus fidei : *JESUS conver-  
sus videns eam, dixit : Confide filia, &c.*

V S V S.

**Marc:9.** Nihil impossibile credenti: Licet inge-  
ti cruce premeretur hæc mulier, tamen,  
ipso Christo teste, erat Deo filia dilecta.

Refutentur etiam Papistæ, qui reli-  
quias Sanctorum ostendunt, ijsq; pecu-  
liarem vim ascribunt :

**Marc:5.** 1. Mulier hæc sanata est, non attractu  
vestimentorum Christi, sed fide.

2. Virtus à Christo, nō ex veste, exivit.

3. Non coluit vel adoravit fimbriam  
vestimenti, sed credidit, se sanitatem ac-  
cepturam virtute ipsius Christi, & licet  
(posito, sed non concesso) ex attractu ve-  
stimenti Christi sanitatem esset conse-  
cuta.